

Appendix.—Europa Nro. 35.

Regnum Mortuorum.

Litterae familiares inter Vivos et Mortuos.

Doctor Sangrado e regno mortuorum ad filium suum Doctorem novitium in mundo.

In Elysio 12. Aprilis 1808.

Nunc es, mi fili! in illo statu, de quo *Moliere* in *Comœdia* dicit: *Dignus es intrare in docto nostro corpore.* — Es in *optima* forma Medicus graduatus. Exulto solatio, ut me vix tumulus teneat, ut tibi viam futurae celebritatis ostendam. Sed mortuus est denique mortuus; ego non amplius veniam ad vos; at scribere tamen possum, et sic accipis a me scriptam invitationem, quomodo celebris medicus evadere possis.

Nihil tristius initiante medico; donec innotescat, donec fama ejus penetret, et homines erga illum confidentiam acquirant, annis opus est; sed per hanc Instructionem abbreviabo tibi viam. Primum studeas percontari in urbe, an non sint aliqui aegri imaginarii, quales, cum ubique sint, certo invenies; horum quaere notitiam, et si quis tibi narret, quibus hactenus usus fuerit medicamentis, agita caput, et oic, medicamenta quidem esse bona, sed. — Hic contrahe faciem, ut seria sit; declara statum ejus, ut ipse vis, nam tales idealistae omnes infirmitates habent in cerebro. Post haec accipe de scrinio tuo novam curandi methodum, aliquid ei praescribe, cum excita, et imaginationem ejus ad laeta objecta lecte; brevi tempore imaginabitur, se melius valere, nomenque tuum ubique depraedicabit.

In omnibus domibus est una, alterave senex Amita, aut aliae similes mulieres, quae in familia autoritate valent. Hae libenter loquuntur de morbis, ipsae libenter de medica aliquid nosse videri cupiunt, et pro quovis morbo habent medicamen paratum in ore. Hic ponendus est lapis fundamentalis tuae futurae fortunae; Noli eis contradicere, sed distrahe illas socialiter, blateres illis longum, et latum, lauda experientiam earum, et si eas in platea, aut secus offendas, tu primus eas adloquere, eas manu prende, quive valeant, percontare. Si has tibi devinxisti, fundata eo ipso fortuna tua. Elevabunt illae tuam habilitatem, te ubique laudabunt, accessumque in alias domos tibi praeparabunt. Ve-

tulae, fili mi! sunt verae columnae gloriae medicae. Eas tu prae aliis colas, quia tubam fortunae tuae inflabunt.

Si ad societates, ubi medici non sunt, voceris, studeas colloquium ad artem tuam flectare, et narrato quotidianos medicinae progressus. Antiqui medici habent plerumque maximam famam, ideo narra societati, quomodo hi antiqui Practici suo sistemati pertinaciter inhaereant, et morem saeculi sequi nolint, vetusque suum *Schiendrian* sequantur. Tum adde: hos et illos esse quidem bonos medicos, sed — — Hic abrumpe; et *modestissime* tace. — Nam vetera praejudicia raro extirpantur. Domini de societate domum reduces laudabunt eruditionem tuam; His accedent mox *Aniculae*, et te ad coelos elevabunt.

Indubie primum vocaberis ad pauperiores; hic potes tentamina tua instituere, et audacter sic dicta *remedia heroica* adhibere; nam, inter nos dictum esto; hic potes experimenta facere — *faciamus experimenta in anima vili.* — Si observes, haec experimenta tibi bene cedere, insere illa Diario tuo, et fac usum etiam apud meliores, si non succedat, parum refert, quia tantum miser Diabolus perivit, qui mundo cateroquin oneri fuit.

Si ad potentiores domos voceris, quaere ante omnia, an aeger jam saepius antea hoc malo affectus fuerit; Quis medicorum eum caraverit, atque hoc sine pete tibi *Recipe* exhiberi. — Haec tibi dabunt cognitionem mali. Haec legendo agita caput, praescribe aliud, et si periculum non praevides, dum paroxismus summus fuerit, accede ad Infirmum; dic familiaribus clam, et vultu serioso; summum adesse periculum; tum dices Infirmo soli oculte, ne quis audiat; habere te arcanum, quod semper juvare debet; tunc accipe lagenulam tuam, infunde aliquot guttas in medicamentum, quod ex apotheca adlatum erat, et da ipse aegro sumendum, et dicit vultu et voce dictatoria: cras futurum melius. Profecto, si cras venias, jam melius valentem invenies aegrum; Te interrogabit, quid ex tua lagenula medicinae affuderis; responde, esse arcanum, quod ipse invenisti, postquam de infirmitate diu, multumque meditatatus fuisses. Etiam si arcanum istud aqua fontana fuerit, nihil ad rem facit. Si moriatur aeger, nemini narrabit, quod eum per infallibile arcanum curandum sponderis; si vero sanetur, omnibus amicis et notis narrabit, et decantabit tuum arcanum, et tuam habilitatem, sicque completa est brevi fortuna tua.

Si periculum in aegro sit, convoca consilium. Hic esto cautus; senes medici habent longam experientiam, et agnoscunt statum morbi. Si ergo senex talis medicus veniat, et te instruat, provoca te ad infallibilitatem medicinae: Jam Plotinum scripsisse: *Medicina errorum Magistra*, Loquere

icae. Eas
labunt.
ceris, stu-
rato quoti-
ent plerum-
omodo hi
ereant, et
ndrian se-
nos medi-
e. — Nam
societate
accident

potes ten-
ia heroica
perimenta
Si obser-
la Diario
succedat,
qui mun-

te omnia,
rit; Quis
bi *Recipe*
Haec le-
ulum non
de ad In-
sumum
ne quis
oet; tunc
medica-
ose aegro
futurum
ntem in-
ila medi-
e inveni-
tatus fa-
nihil ad
quod eum
ero sane-
bit tuum
est brevi

Hic esto
et agno-
niat, et
e: Jam
Loquere

cum eo latine, et dic ei, recte paulo ante eum quoque ex-
pedivisse aegrum in alium mundum, quia morbum non no-
visset, quod tu in sectione cadaveris ejusdem bene obser-
vaveras; mox conticebit senex; nam corvus corvo non
eruit oculum.

Principium illud: Medicinam esse pro sanandis aegris,
est quidem verum relate ad homines, ast pro medico ars
medica debet esse divitiarum fons, quemadmodum Italus
quidam sequentibus expressit:

Io battezo da maligno
Ogni mal che non intendo;
La moneta fra tanto prendo,
Et da poi tra mi soggigno;
Che vi sia gente così pazza,
Che stipendi qui l' amazza.

Et haec satis pro hodie — pro tui Instructione; Inte-
rim — penes Aesculapium, Sassafrassam, et Sassaparillam
quam mirabiles nos in Elisio legimus novitates? An verae
sunt? Ita scribitur.

Mediolano 3. Aprilis. Prorex Italiae ad agmen Gallici
exercitus, quod in Toscana, in Statu Pontificio, et ad oras
maris adriatici est, sequens dimiserat Edictum: — Sua Ma-
jestas Imperator et Rex, intellecto eo, quod Romae, et inde
per nonnullas Italiae regiones specialia signa militaria (Co-
cardae) distribuuntur, quae mutui nexus symbola adversus
gallicum exercitum esse deberent. Authores itaque, et distri-
butores horum signorum pro cunctis, quae inde sequi pos-
sent, oneri responsionis subjicit, praecipitque Ductoribus
copiarum in Ditionibus Pontificiis, Regnis item Italiae, et
Neapolis, ut ejusmodi Distributores absque ulla personarum
acceptatione custodiae tradant; qui post 10. dies a publi-
catione praesentis edicti cum talibus signis deprehensi fue-
rint, penae mortis suberunt.

Olissipone 25. Martii.

Missae est hinc Deputatio Imperatori Galliarum obviam,
quae vota, homagiumque populi Portugallici ad eum defe-
rat; quam formant A. Episcopus Olissiponensis, Magnus In-
quisitor, Episcopus de Coimbra, Duo Marchiones *Abran-
tes*, Marchio *Penalva*, Marchio *Valencza*, Comes *Sa-
buzal*, Comes *Lima*, condam Legatus Parisiis, V. Comes
de *Barba-Cena*, Prior *Avyensis*; Quaestor *Braam*, et
Senatores *Silvo-Leito*, et *George*.

Svecia.

Aula Danica ad probandum, quam aliena sit ab omni
partium studio, Declarationem Sveciae contra Russiam Ephe-
meridibus aulicis inseri jussit; quae est: Copiae russicae in-
vaserunt Finniam Svecicam, cujus fama primum per Tele-

tulae, fili mi! sunt verae columnae gloriae medicae. Eas tu prae aliis colas, quia tubam fortunae tuae inflabunt.

Si ad societates, ubi medici non sunt, voceris, studeas colloquium ad artem tuam flectare, et narrato quotidianos medicinae progressus. Antiqui medici habent plerumque maximam famam, ideo narra societati, quomodo hi antiqui Practici suo sistemati pertinaciter inhaereant, et morem saeculi sequi nolint, vetusque suum *Schiendrian* sequantur. Tum adde: hos et illos esse quidem bonos medicos, sed — — Hic abrumpe; et *modestissime* tace. — Nam vetera praepudicia raro extirpantur. Domini de societate domum reduces laudabunt eruditionem tuam; His accedent *mox Aniculas*, et te ad coelos elevabunt.

Indubie primum vocaberis ad pauperiores; hic potes tentamina tua instituere, et audacter sic dicta *remedia heroica* adhibere; nam, inter nos dictum esto; hic potes experimenta facere — *faciamus experimenta in anima vili.* — Si observes, haec experimenta tibi bene cedere, inserte illa Diarion tuo, et fac usum etiam apud meliores, si non succedat, parum refert, quia tantum miser Diabolus perivit, qui mundo cateroquin oneri fuit.

Si ad potentiores domos voceris, quaere ante omnia, an aeger jam saepius antea hoc malo affectus fuerit; Quis medicorum eum caraverit, atque hoc sine pete tibi *Recipe* exhiberi. — Haec tibi dabunt cognitionem mali. Haec legendo agita caput, praescribe aliud, et si periculum non praevides, dum paroxismus summus fuerit, accede ad Infirmum; dic familiaribus clam, et vultu serio; summum adesse periculum; tum dices Infirmo soli occulte, ne quis audiat; habere te arcanum, quod semper juvare debet; tunc accipe lagenulam tuam, infunde aliquot guttas in medicamentum, quod ex apotheca adlatum erat, et da ipse aegro sumendum, et dicito vultu et voce dictatoria: cras futurum melius. Profecto, si cras venias, jam melius valentem invenies aegrum; Te interrogabit, quid ex tua lagenula medicinae affuderis; responde, esse arcanum, quod ipse invenisti, postquam de infirmitate diu, multumque meditatatus fuisses. Etiam si arcanum istud aqua fontana fuerit, nihil ad rem facit. Si moriatur aeger, nemini narrabit, quod eum per infallibile arcanum curandum sponderis; si vero sanetur, omnibus amicis et notis narrabit, et decantabit tuum arcanum, et tuam habilitatem, sicque completa est brevi fortuna tua.

Si periculum in aegro sit, convoca consilium. Hic esto cautus; senes medici habent longam experientiam, et agnoscunt statum morbi. Si ergo senex talis medicus veniat, et te instruat, provoca te ad infallibilitatem medicinae: Jam Plotinum scripsisse: *Medicina errorum Magistra*, Loquere

cum eo latine, et dic ei, recte paulo ante eum quoque expeditivisse aegrum in alium mundum, quia morbum non novisset, quod tu in sectione cadaveris ejusdem bene observaveras: mox conticebit senex; nam corvus corvo non eruit oculum.

Principium illud: Medicinam esse pro sanandis aegris, est quidem verum relate ad homines, ast pro medico ars medica debet esse divitiarum fons, quemadmodum Italus quidam sequentibus expressit:

Jo battezo da maligno
Ogni mal che non intendo;
La moneta fra tanto prendo,
Et da poi tra mi soggigno;
Che vi sia gente così pazza,
Che stipendi qui l' amazza.

Et haec satis pro hodie — pro tui Instructione; Interim — penes Aesculapium, Sassafrassam, et Sassaparillam quam mirabiles nos in Elisio legimus novitates? An verae sunt? Ita scribitur.

Mediolano 3. Aprilis. Prorex Italiae ad agmen Gallici exercitus, quod in Toscana, in Statu Pontificio, et ad oras maris adriatici est, sequens dimiserat Edictum: — Sua Majestas Imperator et Rex, intellecto eo, quod Romae, et inde per nonnullas Italiae regiones specialia signa militaria (Cocardae) distribuuntur, quae mutui nexus symbola adversus gallicum exercitum esse deberent, Autores itaque, et distributores horum signorum pro cunctis, quae inde sequi possent, oneri responsionis subjicit, praecipitque Ductoribus copiarum in Ditionibus Pontificiis, Regnis item Italiae, et Neapolis, ut ejusmodi Distributores absque ulla personarum acceptatione custodiae tradant; qui post 10. dies a publicatione praesentis edicti cum talibus signis deprehensi fuerint, penae mortis suberunt.

Olissipone 25. Martii.

Missa est hinc Deputatio Imperatori Galliarum obviam, quae vota, homagiumque populi Portugallici ad eum deferat; quam formant A. Episcopus Olissiponensis, Magnus Inquisitor, Episcopus de Coimbra, Duo Marchiones *Abrantes*, Marchio *Penalva*, Marchio *Valenza*, Comes *Sabuzal*, Comes *Lima*, condam Legatus Parisiis, V. Comes de *Barba-Cena*, Prior *Ayensis*; Quaestor *Braam*, et Senatores *Silvo-Leito*, et *George*.

Svecia.

Aula Danica ad probandum, quam aliena sit ab omnium partium studio, Declarationem Sveciae contra Russiam Ephemeridibus aulicis inseri jussit; quae est: Copiae russicae invaserunt Finniam Svecicam, cujus fama primum per Tele-

graphum, tum per Proclamationes in dicta provincia propagatas, ad Regem perlata est. Hostilitates absque belli declaratione, Antesignano condam Patriae Proditore *Sprengporten* incæptæ. Res profecto sine exemplo. Antehac Rex Russiae amicus, qui confidentiam suam in illa, qua vicino, amico, et independente Dominatore collocaverat, et nunc illa adgreditur Regem, ut foederatum suum. Pace chronopolitana confecta, Rex adhuc in theatro belli permansit, et coactus erat ditiones suas germanicas hosti cedere, postquam fidem erga Russiam explevisset, eamque terra, marique juvisset. Anno præterito 6. Octobris facta est Regi propositio, ut mare Balticum exterorum navibus occluderet; Sua Majestas declaravit, se efficere veile, ne Anglia naves illuc mittat. Russia non potest præterdere, ut Svecia ei antemurale sit, et ut ad salvandum *Reval* commercium suum immolet. Præter Proclamationem ad Finnos publicata etiam est altera ad Sacerdotes, et exercitum Svecicum. Judicet nunc quodvis legale gubernium, omnis rectus miles, et fidus subditus de hac procedura. Invasio occulta provinciae vicinæ, et populorum ad rebellionem provocatio sunt profecto inaudita. Hostis vult populum per illusionem libertatis ad seditionem provocare. Fideles Populi Finlandiæ! Reges vestri promoverunt apud vos culturam, et florem Patriæ vestrae, et vicinus vester vult vos ad tenebras sæculorum retrudere. et jam invasit quietas sedes vestras. Tristis propter belli mala, sed firmus conscientia, se non esse causam eorum, scit Rex, fidem vestram constantem esse, donec vires suas, foederatique sui ad vos tuendos, et vindicandos colligere possit.

Hollandia.

Ultrajecto scribitur de 12. Aprilis: Duas naves cum nautis custodiæ traditas esse, quod furtivum cum Anglia commercium fovissent. Excurrisse item 21. Februarii ex Falmouth in Anglia expeditionem, quæ transportum 14 millium militum vehit, cujus scopus Gibraltaria esse putatur, Duce Generale *Spencer*. Dux Cantianus, Filius Regis Angliæ, qui Gibraltariæ qua Gubernator perseverare voluit, sed pater ei non admisit, correspondentias suas, eatenus cum Patre suo habitas, per Ephemerides publicas vulgavit. Americani omnem cum Europa interdixerunt commercium, donec pax restituta non fuerit.

In operationibus bellicis ad septentrionem haeret res, quia tempestas aperitur, et naves anglicæ freta omnia, utrumque scilicet Balticum, et Oresundicum observant, impediuntque transitum Gallorum in Seelandiam; atque adeo expeditionem in Sveciam; Eadem ergo est difficultas in Sveciam trajiciendi, quæ est per canalem Caletanum in Angliam. Haec omnia tempore adhuc maturescere debent.